

Malveda. Martyres. sub Antichristo. omnium illustissimi.

mortis genere: nam illustrissimi Martyres sub Antichristo, ut probat Malveda de Antichristo lib. 9. cap. 3 & lib. 10 cap. 8 §. Secundo non...

169. Tacebunt ad ignominias in plateis.

Co. para eorum jacebunt in plateis. In signum magnorum criminum & in perpetua ignominia notam, sicut barbara consuetudo cadavera inhumata relinquere, ut patet ex h. s. quae refert Eusebius lib. 4 Hist. c. 14. & lib. 5 cap. 11...

Richard.

Mortuo Moysi sepelivit eum dominus: Et non cognovit homo sepulchrum ejus, usque in presentem diem: Deut. 34. num. 6. Cur dominus sic abscondit corpus Moysi, illiusque sepulchrum, ab oculis, ac veneratione mortalium?

170.

Deut. 35. Vbi vita laetitias cogno scitur, honor sepulchri non requiritur.

D. Ambros.

Valde illustissimi fuerunt illi primi Patres, Abel primus, & Martyr a fratre suo occisus: Seth, & Enos, qui cepit invocare nomen Domini: Noë, qui alter Protoparens totius humani generis est constitutus; & cum omnes sint sanctitate illustrissimi, ac defuncti, de eorum funeribus ac sepulchris nec verbum habetur in Scriptura, eum p. s. maxime narret eorum vitam, & mortem: sed primum sepulchrum, & primum funus, quod in scriptura auditur, est funus, ac sepulchrum Saræ uxoris Abrahami. Gen. 23. num. 2. Venit Abraham, ut plangeret, & flet eam, cum se surrexisset ab officio funeris, locus est ad filios Hebræorum...

Genes. 23.

Pro magna honore sepulchri, sufficit iustis eorum sanctitas.

Genes. 23. num. 2. Venit Abraham, ut plangeret, & flet eam, cum se surrexisset ab officio funeris, locus est ad filios Hebræorum: ab eis sepeliam duplicem in qua sepelivit mortuam suam. Ex omnibus Patribus antiquis, Sara omnium prima honorifice invenitur tumulata. Patres illi, ut Abel Seth Enos Noë, puritate ac integritate vitæ valde conspicui, & sua sanctitate abundantissime honorificabuntur ut nullo alio indigere: t. At Sara est sancta; tamen ut notat M. Didacus de B. cza...

num. 4. de Christo lib. 8 cap. 26 § 30 S. mel, & iterum ad ethnicum rum aulus fu deducta, & cum p. incipibus ethnicis Abimelech, & Pharaone a quando vixi: & quamvis ejus integritas & pudicitia jam divino testimonio esset ostensa debuit etiam, sepulchralibus honoribus testificari a marito, ut esset evidens signum, quod ipse eam tanto honore p. osequeretur, quia bene agnovit uxoris illibatam fidem erga se; per hoc non negamus in viris sanctissimis inveniri honores sepulchri, & funeri; sed dicimus horum defectum non officere iis, quorum sanctitas vitæ noscitur.

QUESTIO XXII.

Quare exprimitur, quod corpora horum Sanctorum jacebunt in plateis civitatis magna, qui vocatur Sodoma, & Aegyptus.

Cyrreus Hæreticus per hanc civitatem magnam intelligit Romam, cui favere videtur D. Hieronymus Epistol. 17. quæ est ad Marcellum sed ibi non loquitur D. Hieronymus mine suo, sed nomine Paulæ, & Iusticiæ, quæ multa in laudem Jerusalem congeriebant: quibus ut mulieribus veniam dandam putabat; Alii dixerunt que Nivivem, seu babiloniam,

Sed sine fundamento, nam cum exprimitur in text. Ubi Dominus eorum crucifixus, & perit denotatur, quod sit Hierusalem, & bene dicitur civitas magna, ut ait Hugo: magna vitis, sicut olim v. r. r. & subdit text: Quæ vocatur spiritualiter Sodoma, & Aegyptus, spiritualiter id est, non proprie, sed attentis turpibus moribus, & maximis vitiis, quæ ostendunt, illis pessimis temporibus, sub Antichristo, carnis vitia fore frequentissima, & quasi publice acitanda, & frequenter ob talia vitia Hierusalem, dicitur Sodoma & Aegyptus, quia ut ait Ansberrus: Bene crevit illa, Sodoma, & Aegyptus, appellatur, quia videlicet opera Sodomorum, atque abominaciones Aegyptiorum fecisse, cognoscitur.

Unde Isaias exprobrando, dicit Judæis c. 1. n. Isai. 1. 10. Audite verbum Domini Principes Sodomorum, & c. 3. n. 9. ait: Peccatum summum, quasi Sodoma prætulerunt. Ezechiel. 16. n. 49. Hæc fuit iniquitas Sodoma sororis tuæ superbia, saturitas panis Imo, ut dicitur Thren. 4. n. 6. Major est iniquitas filia populi mei, peccato Sodomorum, dicitur etiam symbolicè Aegyptus, ob idololatram & superstitiones, quæ regnabant in ea, tempore Antichristi.

Et quando Jerusalem quæ olim fuit tam illustris templo, mysteris ac viris sanctissimis, sic deterior facta est, ob peccata sua, & parcitias carnis, & hæc est causa, cur sacer text. proprium civitatis nomen tacet, ostendens, quod illa tunc temporis indigna erit nomine civitatis Jerusalem sed propter crassas errorum tenebras & persecutiones in populum Dei, Sodoma & Aegyptus dicenda sit.

Ex quo liceat, in terra, quod nullus de sua virtute multum præsumat, sed timere debet, ne cadat, cum sanctissima quondam civitas in totum...

172.

173.

Ansberrus.

Isai. 3.

Thren. 4.

174.

175.

Nullus de sua virtute præsumat, sed casum timet.

Richard.

lapta sit scelerata, ut Sodoma, & Aegyptus nominetur. Richard, Victorin. Quæ olim magna, ait, secundum iustitiam, tunc erit magna per malitiam, quæ spiritualiter vocatur Sodoma, id est, vitia, & Aegyptus, id est, tenebrosa, quia multa erit a vera fidei confessione, & tenebrosa in ignorantia, & prava actione.

176.

Qui cessat à Dei confessione, in tenebris ambulat.

Haymo.

Unde dicitur in text. Quæ appellatur Sodoma, & Aegyptus; prius nominatur Sodoma, & postea Aegyptus, & non è contra dicitur: quia qui est murus in Dei laudibus, ipse in tenebris sepultus est. Haymo: Omnibus illis, comprehensur, qui metu nimio concussi: tempore Antichristi; non audebunt confiteri fidem Christi, sed in tenebris infidelitatis cecati, & in tenebris terti, peccatorem negabunt illum; scilicet Antichristum.

177.

Passio Christi considerata nostras Passiones levat. v. Thom.

Et alta dispositione factum est, ut Elias, & Enoch non moriantur in illa civitate, in qua Dominus eorum crucifixus est, ut notat D. Thom hic: In qua Dominus crucifixus est corporali crucifixione, & ita erunt conformes, & morte, & mortis loco, ut ex loco mortem Christi habentes ante oculos eorum mors fiat lenis & suavis.

Ait Regius Vates Psalm. 140. num. 10 in persona Christi: Singulariter sum ego, donec transeam. Passio Christi morsque ejus, transitus est: Ut transeat ex hoc mundo ad Patrem. Joan. 12. num. 1. Notanter ait, quod solus, & singularis, non simpliciter, & absolute, sed doctec transiret: postquam verò ipse crucifixus, ortus suo sanguine purpuratus, jam non est singularis & solus, sed innumeri Martyrum exercitus sequuntur: ex quo enim in nostra mente crucifixus visus est, quæ montium prærupta non sciant sanctis, tanquam in vias planas; postquam ipse transit, & nos sequimur, ejus intuitu mors tota suavis & lenis: Pulchre D. Augustus ibi sic ait: Quid est singularis in Passione tu solus pateris? Tu solus occideris ab inimicis; singularis ergo: sed quid est, donec transeam, nisi de hoc mundo ad Patrem? Tunc enim confirmavi columnas ejus, id est, columnas terræ; quando in me didicere, mortem non esse timendum: Donec ergo transeam singularis sum cum transiero, multiplicabo, multi me imitabuntur, multi patientur pro nomine meo.

Aiebat meus Jesus de se: Esto flos campi; Cant. 2. n. 1. Quid dicis, Domine mi? quis unquam te vidit floribus redimitum, aut flores præmanibus habentem Omnes agnoscimus spinas coronatum, spinis circumdatum in rubo Moyis: quomodo ergo te florem appellas? Ex eo quod ipse coronatus, & circumdatus est spinis mortis Passionis, ac certaminum, multorum laborum: spinæ nostrorum certaminum, laborum, mortis & Passionis sic leniter mitescunt, ut jam non sint spinæ, sed suavissimi, ac præjucundi flores. D. Bernard. serm. 48. Cantic. Ego flos campi, ait, qui diligit me, veniat in campum, non refugiat mecum, & pro me invire certamen, ut possit dicere: Bonum certamen certavi.

x. Bern.

Num. 10.

Et habitantes terram gaudebunt super illos, & jucundabuntur, & munera mittent invicem: quoniam hi duo Prophetæ cruciaverunt eos, qui habitant super terram.

VERSIONES.

Arias. n. 9.

Et videbunt cadavera eorum, dies tres, & dimidium.

Syrus.

Et non sinent poni in sepulchrum.

Oecumen.

Tribus diebus, & dimidio: & corpora non permittent poni in monumentis.

Syrus n. 10.

Hilares erunt, & donamittent aliis aliis.

D. August.

Habitantes terram gaudent super illos, & epulantur.

Oecumen.

Et munera dabunt invicem.

Arabicus.

Lætabuntur super illis duobus, & exultabunt hac de re, &c. quod hiduo prophetæ cruciaverunt in colas terræ.

EXPOSITIO VII.



Et videbunt de populis, tribus, &c. Hic assignatur causa, cur sanè supra Jerusalem sic appellata civitas magna: siquidem ad eam confluebat magna colluvies populorum, ex omni fere natione, utpote ad regiam sedem Antichristi, proindeque tantorum hominum spectaculo mors illorum erit valde nota, & manifesta. Per tres dies, & dimidium; ita ut nullus possit, de eorum morte dubitare; & corpora eorum non sinent poni in monumentis. Extrema barbararum nationum crudelitas extitit, mortuos non sepelire: ac hic ultra progreditur, ut impediatur, quominus sepeliantur.

180.

Ad regiam Antichristi omnes confluunt.

181.

Gagarus.

Multa signa fastidiantis.

Et inhabitantes terram, nempe Jerusalem, ac loca vicina ipsius, seu ut explicat Gagarus, homines terreni, seu terrenis cupiditatibus dediti, facient magnam gaudium, & magnam gratulationem, ut præstari solet in magna populi lætitia, agentque diem festum cum magna festivitatis ostentatione ut denotant illa verba: Gaudebunt super illos; & inde jucundabuntur; celebrantes magna convivia, & munera mittent invicem, quod est signum magnæ lætitiæ, ut fecerunt olim Carthaginienses, victo Attilio Romano consule, & nos facimus pro magnis festivitatis, ut in Natali Domini.

Quoniam

182. Quoniam hi duo Propheta cruciaverunt eos. Causa ergo tantae latitiae, non solum erit propter nequitiam Antichristi. ut ei complacent, sed etiam quia hi duo Prophetae cruciaverunt eos plagis immixtis, ut dicitur supra vers. 6. & inde Antichristiani promittebant sibi deinceps vitam hilarem, & per iucundam multis in deliciis, nullo contradicente; etiam ut ait Richardus de Sancto Victore: Cum pars bonorum humilitatur, tunc pars malorum gloriatur; & tandem quia hi duo Prophetae cruciaverunt eos, acriter minacibus eos reprehendentes, ut ad meliorem vitam transirent. Nam ut dicitur Proverb. 15. n. 1. Non amat peccatorem, qui se corrigit.

Richard. Impii persequuntur illos, qui eos reprehendunt.

Prov. 15.

QUESTIO XXIII:

Quare corpora Sanctorum jacebunt insepulta per tres dies, & dimidium

183. Summa crudelitas.

183. Ecce extrema omnium maxima crudelitas, quae non solum satiat, cum sanctis vitam ademerit morte violenta; sed insuper magna opprobria, ac ludibria, in eorum cadavera irrogat, forte magnis promissis praemiis, quae obtinenda sunt ab eis, qui maiores injurias in eas impigerint; & ut tantis spatium detur, jacebunt corpora in plateis per tres dies, & dimidium: non dicitur in platea, sed in plateis, ut jam dixi in proprio loco, quia illa cadavera funibus raptata trahentur per plateas: & tanta erit crudelitas, quod non solum sanctos Martyres non sepeliat, sed etiam ne sepelire sinat; quamvis forte aliqui ex adstantibus petierint corpora, ut sepultura tradantur: impiorum malitia nunquam cessat, nec quiescit Pannon. Tanta in viros ipsos atrocitate tunc impij deservient, quod ne mortuorum quidem miserebuntur, quorum corpora minime sinent sepeliri, ut vel post mortem superare videantur eos, quos vivos superare non poterant.

Pannon.

184. Ministri volunt, aspiciant gratiam majorum.

Joachim.

185. Concilium impiorum contra sanctos, Deus in majorem eorum gloriam ordinat.

184. Secundum non sinent corpora eorum in monumentis poni per tres dies, & dimidium, ut cuncti videant, hos duos magnos Prophetas vere esse mortuos, & ut ministri tanta sua saevitia ac crudelitate gratiam, ac benevolentiam majorum, ac Principum, aucupentur. Joachim. Non sinent, ait, corpora sanctorum poni in monumentis, ut dum se in morte illorum crudeles ostendunt, ab eis, qui eos occiderunt, arctius diligantur. 185. Tertio considera altam Dei providentiam Antichristiani eo consilio non sinebant, sanctos sepeliri, ad majorem eorum ignominiam, & ut illorum mors cunctis esset nota: At Deus ordinavit, ut ipsamet malitia impiorum inserviret ad majorem gloriam, ac triumphum Sanctorum resurrectionis: nam si ipsi essent sepultura traditi, & cum postea resuscitarentur, poterat aliquis de veritate tanti miraculi dubitare; at cum ipsi a populis, tot gentibus, ac linguis conspicuntur demortui per tres dies, inde postea, cum vivificantur tantum miraculum omni caret suspitione: fovet Albertus Magnus, Albert. Mag. Vult Deus, ait, insepultos esse, ut major sit eorum

gloria; ut evidenter fiat eorum resurrectio: quia si sepulti essent, non esset ita clarum de eorum resurrectione. Quarto, non sinunt impii, hujusmodi cadavera sepeliri: forsitan volunt, a feris ea dilaniari, & a volucribus discerpi, & solum intendunt, ne sepeliantur, quae sepulturae creduntur cadavera, visis eorum monumentis, eorum memoria non delebitur: nam monumentum deducitur a mentem monere: Ecce cur non volunt, ea sepulchris tradi: ut penitus eorum memoria deleatur, & nullus sit, qui de eis recordetur. Richard. Victor. Non sinent, ait, poni in monumentis, ne eorum memoria habeatur.

186. Impii volunt, deleri memoriam Justorum.

187. Impietas exigit ut Deus permittat, in majora mala labi.

D. Thom.

188. Impii inter pocula venis amaritudinem trivulgar.

Iob. 15.

189.

Est. 7.

Aman manum unam habet ad pocula, alteram ad furcann.

Daniel. 5

De

190. De his dicitur Deuter. 32. Uva eorum, uva fellis, & botri amarissimi; Fel draconum vinum eorum, & venenum aspidum insanabile. Ecce quo modo commutantur dapes, & pocula iniquorum; uva convertitur in fel: Botri, seu fructus arborum fiunt amarissimi, tanquam fel draconum; & tantum abest, quod illa sint ad nutrimentum, ut sint. Venum aspidum insanabile, ad interitum, & damnationem; a quo spectans Regius Vates, ait Psalm. 68. n. 23. Fiat mensa eorum coram ipsis in laqueum, & supplicium ut comprehendantur. Inter ipsas dapes, dum sunt coram ipsis, illisque delectantur, ibi degustant inevitabilem amaritudinem extremae calamitatis. Ad quae verba sic ait, D. August. Coram ipsis fiat mensa in mscipulam, non optatis, sed Prophetantis; non ut fiat, sed quia fiet. Fiat ergo, nec potest aliter fieri, nisi in talibus ista inveniantur.

Psalm. 68. Impii tota dulcedo convivi vertitur in amaritudinem.

Apoc. 11. n. 11. Et post tres dies & dimidium, spiritus vitae a Deo intravit in eos & steterunt super pedes suos. & timor magnus cecidit super eos qui viderunt eos. Num. 12. Et audierunt vocem magnam de caelo dicentem eis ascendite huc; & ascenderunt in caelum in nube, & viderunt illos inimici eorum.

VERSIONES.

Oecum. ii. Spiritus vitae, qui est a Deo Arbbicus. et cadit ab hoc terror magnus in omnes, qui spectaverint illos. Arias. Super spectantes in eos. Primasius. et quicumque eos viderent pertimuerunt. Aret. & Alias. et audivi vocem magnam de caelo. Arabicus. Audivi, & ascenderunt in caelum in nubibus. cumen. In ipsa nube.

EXPOSITIO VIII.

191. Redivivi stabunt.

191. Ost tres dies, & dimidium, quibus corpora eorum mortua jacerunt, Spiritus vitae a Deo intravit in eos, facienda, tanquam facta narrat sacra Prophetia, quod illae animae beatae Eliae, & Enoch vivificabunt sua corpora. Quomodo hoc autem fiet, explicat, quod non erit virtute naturali, nec viva in vivis faciebant prodigium, sed speciali Dei gratia. Spiritus vitae intravit in eos, & inde sequitur & steterunt super pedes suos: siquidem, hi duo Prophetae redivivi, non statim eodem momento ascendunt in caelum, sed post aliquod spatium temporis, ut illos vivos videant Sylvester in Apocalypsin. Tom. I.

populi, imo & audient eos exprobrantes eorum scelera. Et audierunt vocem. Postquam Elias, & Enoch per aliquod tempus redivi super suos pedes steterunt, cum magno timore, ac pavore populorum: ecce aliud novum prodigium, quod eos magis adhuc percelleret. Vox magna de caelo missa; dicens, sanctis prophetis; quae vox tanta erit, ut ab omni Ierosolyma audiat, ac proinde si universi populi, exterriti erant prodigio resurrectionis Sanctorum, multo adhuc exterrébuntur hac voce, & proxima eorum ascensione in caelum; & ascenderunt calum in nube: Statim efformabitur nubes, quae f. ca. proxima terrae, duos Sanctos prophetas gloriose circumdabit; & non dicitur rapti sunt: sed ascenderunt; quia iam resuscitati ad vitam immortalem, gloriosis induiti corporibus, se ipsos per dotem agilitatis ferre poterunt ad sublime. Et viderunt illos inimici eorum: Quae omnia multum conducent, ad conversionem plurimorum, qui ne dum satis per Praedicationem Sanctorum Prophetarum crediderant; & iorum qui jam credebant, in fidei confirmationem, & ut etiam inimici eorum, tantam illorum gloriam videntes, durior, ac rigidior eis efficiatur propria calamitas comparata cum aliena felicitate. Sic m. s. r. a. divitis in inferno durior ei fiebat, inspecta Lazari felicitate: nam semper durior miseria propria redditur ex comparatione cum alterius glorificatione. D. Gregorius Magn. homil. 40. in Evang. Vt peccatores amplius puniantur, eorum videntes gloriam quos contempserunt.

192.

191. Praefens calamitas ex aliena felicitate molestior.

Luc. 16. D. Gregor.

QUESTIO XXIV.

Quare Elias, & Enoch resurgentes, cum suis corporibus, ascendunt in caelum, ante commuam omnium resurrectionem.

194. Dona a Deo sunt stabilia. CUM jacerent corpora Sanctorum in praesentibus, Spiritus vitae a Deo intravit in eos. Notanter dicitur, quia vita solum est a Deo & ipse solus potest mortuos suscitare: & statim steterunt super pedes suos, indicantes stabilitatem & firmitatem suae resurrectionis, cum esset a Deo sic ait D. August. lib. de vera Relig. Corpus stabilitatem habet per animam stabilitatem in Deo; quae non per se stabilitur, sed per Deum, quo firmatur. D. August. Quae ratio praefens est, cur hi duo viri sanctissimi Elias, & Enoch cum suis corporibus ascenderent in caelum, ante generalem omnium resurrectionem: quae adhuc post tempus erit: cur ergo non solum animae eorum, ut sit in aliis beatis, sed etiam eorum corpora ascendant ad gloriam. Primo respondet D. Thomas; hoc erit, ait, quia nobilitavit eos Dominus hoc privilegio, ut ante alios resurgant, propter praerogativam gratiae, & meritorum, in speciali testimonio, in vita, doctrina, & Martyrio, subterpre tam acerba persecutionis, sicut privilegium fuerit, & prius in D D d longius

195.

196.